



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 62. Decretum de communione sub duplici specie.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

## §. LXII.

Sæcul. XV.

A. C. 1437.

*Decretum de communione sub duplici specie.*

Hoc decreto declarat Synodus, quod *Labbe Conc. to. 12. p. 600.*  
 fideles Laici sive Clerici communicantes, *Cochl. hist. Huffst. lib. 8.*  
 & non conficientes, non adstringantur ex  
 præcepto Domini ad suscipiendum sub utra-  
 que specie sacrum Eucharisticæ Sacramen-  
 tum, sed Ecclesia, quæ regitur spiritu veri-  
 tatis secum manente in æternum, & cum  
 qua Christus manet usque ad consummatio-  
 nem sæculi, ordinare habet, quomodo ipsis  
 non conficientibus ministretur, prout pro re-  
 verentia ipsius Sacramenti, & salute fidelium  
 viderit expedire, sive autem sub una specie,  
 sive sub duplici quis communicet, proficit  
 digne communicantibus ad salutem. Nec ul-  
 latenus ambigendum est, quod non sub spe-  
 cie panis caro tantum, nec sub specie vini  
 tantum, sed sub qualibet specie sit integer to-  
 tus Christus. Laudabilis quoque consuetu-  
 do communicandi laicum populum sub una  
 specie ab Ecclesia & sanctis Patribus ratio-  
 nabiliter introducta, & hætenus diutissime  
 observata, & a Doctoribus divinæ legis, sa-  
 crarum Scripturarum, atque Canonum mul-  
 tam peritiam habentibus jam a longævo  
 tempore commendata, pro lege habenda est,  
 nec alicui licitum est eam reprobare, aut sine  
 auctoritate Ecclesiæ ipsam immutare.

U 4

§. LXIII.